

Heinrich Rahn Georg Heinrich Winther


Disputatio Iuridica De Heredum Institutione

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766442500>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.

Z 16.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



DISPUTATIO JURIDICA
De
HEREDVM INSTI-
TUTIONE,


Quam
DEO ter Optimo ter Maximo patrocinate
Auctoritate Nobilissimi Am-
plissimiq; Senatûs Juridici in cele-
berrima ad Varnum Academia

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi ac consultissimi Viri
Dn. HEINRICI Rahnen/ J. U. D.
Professoris publici, Fautoris ac promotoris
sui plurimum honorandi, pro virili defendendam
suscipit

GEORGIUS HEINRICUS Winther/
Camminô-Pomeranus Auçt. &
Respondens.

Habebitur in Auditorio majori, die 24. Septembris.



ROSTOCHII,

Typis expressa NICOLAI KILII, Academia Typogr.

ANNO Æra Christiana M. DC. XLII.

DISPUTATIO JURIDICA

HEREDVM INSTI-
TUTIONE

Auctoritate Nobilissimi Am-
plissimi Senatus Juridici in cele-

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

DR. HEINRICI JOHANNI A. L. D.

Professors publici, Tutoris ac promotoris
in pluribus honoribus pro virili dignitatem

GEORGII HEINRICI BRUNNII

Communis Professoris Auct. &c.

habilitatis in iure et jurisprudentia

et ceteris

ROSTOCKII

Die 17. Martii 1771

M. D. C. C. C. C. C.



In nomine Domini nostri Jesu Christi,
ad omnia consilia, omnesq; actus fe-
liciter progredimur,

L. 2. in pr. C. de offic. præf. Præt. Afric.



Vilitas materiæ heredum institutionis non eget commendatione, ipsa enim se ostendit uti de integrum restitutione loquitur Ulp. in *l. 1. de integ. rest.* Quinimò, quid magis inter alia sæpius occurrit hacipsa? Proinde absq; longiori verborum anfractu ad tractationem susceptæ nos accingimus materiæ, eam viginti quæstionibus brevissimis ab soluturi.

1. QUÆSTIO.

An jure veteri permissum fuerit tam liberos homines, quàm servos, & tam proprios- quàm alienos, heredes instituere.

Heredis institutio basis & fundamentum dicitur testamenti, *S. ante hered. 34. Instit. de Legat. 1.* Hinc herede hereditatem non adeunte Legatarij ex testamento nihil consequuntur. *S. Quantitas Instit. de Leg. Falcid.* Heredem autem instituere nihil aliud est, quàm relinquere quem dominum omniû bonorum suorum. *Schneidvv. in Inst. tit. eod. n. 2.* & heredes possunt omnes institui, qui expressè non prohibentur, *Schneidvv. loc. citat. n. 5. Wesenbecius in Instit. ad eund. tit. n. 1.* tam servi, quàm liberi homines, *Princip. Instit. de hered. instituend.* De servo videantur *L. servus 3. L. duo socij 8. ff. eod.* Servus proprius, jure antiquo heres instituendus erat cum libertate. Jure novo etiam sine libertate institutus liber fit. *Princip. Instit. de hered. instit. C. 2. Instit. Quibus ex caus. manumit. non licet l. Quidam 5. S. illo 2. C. de necessar. hered. inst.* Alienus autem servus sine libertate instituitur; quia libertas alieno servo inutiliter

A 2

datur

datur, l. 49. in pr. h. r. & ejusmodi institutio valet ex persona do-
mini, l. 31. & d. l. 49. §. 1. h. r.

II. QUÆST.

An servus Dominam adulterij crimine pol-
luens, ante sententiam jure ab illa possit
heres institui.

Servum, inquit *Imperator in Princip. Instit. de heredib. Instit. & Martian in l. hū verbis 48. §. interdum 2 ff. de hered. instit. adulterio maculatum, non jure ante sententiam testamentō manumissum ob ea muliere videri, quæ rea fuerat ejusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, ut in eundem à Domina collata heredis institutio nullius momenti habeatur. Committitur enim tale delictum quod non favore, sed poenâ dignum est; & ideo loco hereditatis meritō ei assignatur poena flammæ in pr. l. unic. C. de mulierib. q. se prop. serv. junx.*

III. QUÆST.

An servus à Domino suo heres institutus, si non fuerit manumissus vel alienatus, fiat ex testamento liber, heresq; ei necessarius.

Servum testamentō heredem institutum, ex eo ilico liberum fieri, planum fecimus in quæstione prim. ex §. 1. *Instit. de hū quib. sunt sui vel al. jur. & §. 1. Instit. de hered. instit.* jam probamus eundem esse necessarium Domini sui heredem §. 2. *Instit. de hū qui sui vel al. jur. §. 2. J. de hered. instit. §. 1. J. de Instit. hered. qualis. & differens.* si in eadem causâ permanserit, i. e. postquam heres à Domino institutus est, non fuerit manumissus vel alienatus d. §. 2. *J. Qui & ex quib. caus. man. §. 1. l. de hered. instit. §. 1. J. de hered. qualis & differens. Dn. Borcholt in Instit. in §. servus autem 2. de hered. instit. utend.*

IV. QUÆST.

IV. QUÆST.

An servus, alienatus post testamentum, jussu novi Domini hereditatē adire debeat.

Affirmamus. Quod si enim servus alienatus fuerit, jussu novi Domini adire hereditatem debet, inquit Justinianus in §. 1. *Instit. de heredib. instit. junct. l. §. 16. l. 50. in fin. princ. ff. eod.* Quibus potest hæc addi ratio: alienans omnia sua jura transfert in eum, cui alienat: si ergo novi Domini est servus, jussu quoque ejus adimplere cogetur. Nam is qui in jus vel dominium alterius succedit, jure ejus uti debet, *l. qui in jus 177. ff. de R. J.*

V. QUÆST.

An servus alienus post Domini mortem recte heres instituatur.

Rectissime servum alienum post Domini mortem heredem institui probamus ex *l. Non minus 31. §. 1. l. Servus 52. l. 64. ff. de heredib. instit.* Nec obstare putamus LEGIS 31. verba, quæ hæc sunt in *Prin. p. Testamenti factio cum servis ex persona Dominorum* introducta est; ergo si Dominus mortuus est, quomodo potest servus heres institui cujus nullus Dominus est? *l. 13. §. 2. ad L. Aquil.?* Etenim respondemus, ex ipso §. 1. d. *L. 31. de hered. instit. & ex §. servus etiam 2. Institue eod.* Licet Dominus ul' ima naturæ debita solverit, hereditas tamen dicitur domina & defuncti locum obtinere. *Jun. all. L. 13. §. 2. L. hereditas 34. de acquirend. rer. dom. l. cum hereditas 9. C. de posite.*

VI. QUÆST.

Si servus plurium heres institutus sit ab extraneo, cui Dominorum ex hoc adquiratur.

Respondemus servum communem illi dominorum tantum acquirere hereditatem pro portione dominica, cujus jussu adierit *§. servus 4. 3. ff. de hered. Instit.* ita tamen, ut cæteris socijs non jubentibus

A 3

benibus

benibus tacito jure partes huic accrescant *l. servus, § 67. ff. de acquirend. vel omittend. hereditat.* Sed hæc de servis attingisse sufficiat. Cum enim servitus, qualis apud Romanos fuit, inter Christianos non sit in usu amplius & proinde etiam jura eam respicientia obsoleverint; hanc cum Schæidewino ad *d. §. servus. 3. de hered. instit.* amplectimur & approbamus regulam: Omnes à lege non prohibitos heredes institui posse, sive sint liberi homines, sive servi, ijq; tam alicui, quàm proprii.

VII. QUEST.

An Institutio heredum, in infinitum se extendens sit concessa.

In infinitum se extendere heredis institutionem probamus ex *§. & unum 4. Institut. de hered. instit.* In infinito tamen ita sumimus, non ut simul quis, possit in suo testamento omnes homines, quos hujus mundi universitas continet, heredes instituere; sed quòd possit multos instituere heredes, Hinc civitas, hinc collegium heres institui potest. *l. omnibus 26. l. recusare 6. §. item si municeps. 4. ff. ad SCtum Trebell.* immò incertæ personæ, ut pauperes institui possunt *l. id quod 24. & l. si quis 49. §. i. C. de episcop. & Cler.*

VIII. QUEST.

An Testator semper strictè observare teneatur, ut hereditas in duodecim Uncias dividatur.

Legalis divisio hereditatis est in duodecim uncias seu partes *l. servum meum 50. §. hereditas 2. ff. de heredib. instit. §. hereditas 5. J. eod.* & in hac parte ICI secuti sunt astrologos, qui res omnes revocant ad duodecim partes, menses, horas, signa, prout hoc Dn. Borcholt notat ex Varrone *libr. 4. de ling. Latin.* Necessitatem autem hoc non induit, ut semper hereditas dividatur in duodecim & non in plures, seu pauciores partes. Licet enim distributio assis in duodecim uncias sit legalis & solennis *dict. loc. & l. interdum. 13. §. paterfamilias 1. ff. h. t.* hanc tamen testator perpetuò sequi non tenetur. *d. §. vers. nam tot uncia. & vers. Et è contrario Institut. d. l. l. 13. §. i. jun. l. Sabinus. 18. ff. de hered. instit.* Quæ libertas testatori concessa videtur

videtur Legi 12. tabularum, quã ita cautum est, uti quisq; legasset
sua rei, ita jus esto. *in pr. Instit. de Lege Falcid. l. 120. de V. sign.*

IX. Q U Æ S T.

An possit quis ex parte testatus & ex parte
intestatus decedere.

Distinguendum est inter paganum & militem. Hic potest pro
parte testatus, pro parte intestatus decedere *l. si miles 6. de testam.
milit. Ille minimè. l. jus nostrum. 7. de R. Jur. s. hereditas. s. vers neg
enim Instit. de hered. instit.*

X. Q U Æ S T.

Si Sempronius ita testatus, fuerit; Titius mi-
hi heres esto ex quadrante; pariter Seius
ex quadrante, Attius verò ex Sextante;
Cajus infuper, Stichus & Eros heredes sun-
to, quid juris?

Testator si nullam partium fecerit mentionem, intelligitur
voluisse ex æquis partibus heredes esse. *l. Quotiens 9. s. heredes
12. ff. de hered. Instit. s. Si plures 6. Instit. eod. sed adscriptio par-
tium in æqualitatem inter heredes inducit s. si plures 6. vers partibus
autem. Instit. de hered. Instit. Liqueat ergo quid juris habeant Ti-
tius, Seius & Attius. Verùm si totus as non sit distributus, & plu-
res sine parte scripti sint, omnes in eandem partem concurrunt, d.
s. 6. vers. etsi plures. Instit. de hered. inst. l. item. 17. in pr. ff. eod.*
Quid ergo juris habeant Cajus, Stichus & Eros, ex dictis manife-
stum evasurum opinamur.

XI. Q U Æ S T.

Si Sempronius ita testatus fuerit: Titius he-
res esto ex triente, Seius heres esto ex tri-
ente, Attius ex triente; Cajus item, & Sti-
chus & Eros heredes sunt, quid juris?

In hoc casu inter tres priores totus as distributus est; jam verò
adhuc alios tres adducimus heredes, qui scripti sunt sine partibus,
& hic

& sic quid juris obriaeat, quaeritur. Respondemus, hos, qui ex partibus scripti sunt, in dimidiam partem hereditatis vocari, & ceteros, sine parte scriptos, in alteram dimidiam; atq; hoc modo in dupondium hereditatem dirimi, §. *et si. 8. f. de hered. Instit. jun. l. ex uncijs 87. ff. eod.*

XII. QUÆST.

Si Sempronius Titium instituerit ex triente; Cajum ex triente & quadrante, quaerimus, quomodo hi duo heredes de sextante conveniant.

Sextantem, respondemus, singulis tacite pro hereditaria parte accedere, §. *videamus. 7. Instit. de hered. instit.* Quia ex sextante, praesertim paganus, ex parte testatus & ex parte intestatus decedere non potest. *l. jus. 7. ff. de R. Jur.*

XIII. QUÆST.

Si Seius ex quindecim uncijs sit institutus, Cajus ex deunce, insuper & Attius, quid juris competat Attio.

Respondemus: hereditas in tressem dividatur, & attribuatur nominatae partes illis, quibus a testatore sunt adscriptae: Attius vero, cui nihil certi adscriptum est, succedat in eo, quod deest tripondio. Ad quem tum testator transitum facere, & in 36. uncias suam hereditatem dividere voluisse intelligitur §. *et si. 8. vers. Idemq. Instit. de heredib. instit. l. 87. ff. eod.*

XIV. QUÆST.

An heres recte ex die incerto institui possit; v. g. *Si Titius dux exercitus futurus est; vel cum uxorem duxerit, mihi heres esto.* Et An sub impossibili conditione; Ex. gr. *Si caelum digito tetigerit Cajus; vel si dederit Hippocentaurum, sit heres.*

Ad primum quaestionis membrum respondemus heredis Institutionem

tionem fieri aliter non posse, nisi purè & sub conditione, § 9. in pr. *Instit. de hered. instit.* Dies autem incertus institutioni adjectus refertur ad conditionem. Valet ergo ejusmodi institutio tanquam conditionata, l. 30 §. 4. *de Legat. 1. l. dies. 75. de condition. & demonstrat. l. 21. pr. Quemad. dies leg. ced.* Ad alterum membrum quæstionis dicimus, impossibilem conditionem detrahi, & institutionem manere salvam & puram ex §. *impossibilu. 10. l. obtinui. 3. de cond. & dem.*

XV. QUÆST.

An Institutio illa sit toleranda, quæ fit ita;
Cajus mihi heres esto ex decimo quinto
Calendarum Septembris: vel heres esto
usq; ad Calendas Martias.

Ex die, vel certo tempore, & ad certum tempus heres institui non potest, §. *heres. 9. ff. de hered. instit. l. hereditas. 34. ff. eod.* Nam sicut extra militem nemo pro parte bonorum; ita nec pro parte temporis testatus & intestatus decedere potest. Qua ratione utitur Iustus in l. *miles. 41. in pr. de testam. milit.* Non tamen omninò non valet institutio illa, sed sicut impossibilis conditio, ita & dies certus detrahitur, vel pro non adjecto potius habetur, quàm quòd pereat ultima voluntas, adeoq; perinde est in hoc casu, ac si purè heres esset institutus. d. §. *heres. 9. in fin. Instit. de hered. instit.* quod ita exprimit Papin. vitio temporis sublato manet institutio, in l. *Hereditas. 34. ff. eod.*

XVI. QUÆST.

An Institutio valeat hoc modo facta: Si Cajus Attium prostraturus est, heres meus esto.

Quærimus hic de conditione cæde adimplenda, seu de conditione jure impossibili, utrum adimplenda sit ab eo, qui scriptus est heres, si velit esse heres: vel an vitiet institutionem: vel deniq; an uti impossibilis naturâ, seu factò, detrahatur. Primum negamus, quia est factum, quod lædit pietatem, lædit existimationem, & in genere

B

contra

contra bonos mores est; ideoq; illud cōmittere nos non posse credendum est. *l. filius. 15. de condit. institutio.* & consequenter impossibilis est conditio, cujus nulla existit obligatio, *l. impossibile. 185. de R. Jur.* Alterum itidem negamus: tertium vero adserimus, nempe hujusmodi conditionem detrahi salvā institutione, *l. conditiones. 9. de condit. institut. Schneiderv. ad §. impossibilia. 10. n. 5. Instit. de hered. instit.*

XVII. QUÆST.

Si quis Titium heredem instituerit sub pluribus conditionibus, vel potestativis, ut *si Sempromio dederit decem, si Stichum servum manumiserit, si monumentum mihi poni curaverit, vel casualibus, v. g. si Cajus consul factus fuerit, si Sejus ex Asia redierit, & si Mevius dux bellicus factus fuerit, vel casualibus & potestativis simul, ut si ades Mutianas reparaverit, & Tullius dictator evaserit, ane omnes illæ conditiones implendæ sint, antequam Titius possit esse heres.*

Putamus omnes illas conditiones honestas & possibiles, si conjunctim institutioni adscriptæ sint, adimplendas esse, si Titius velit esse heres; si vero disjunctim, seu alternativè, sufficere uni satisfieri, *per. §. si plures. ij. §. de hered. instit. l. si heredi. 5. de condit. instit. junct. & sub diversis. §i. de condit. & demonstrat.*

XIX. QUÆST.

An Testatori licitum sit hominem ignotum, & quem nunquam vidit, heredem instituire.

Ratio dubitandi hic occurrit ex *l. nec adjectis. 9. pro socio.* quod hereditas detur ob benè merita. Verùm leve hoc dubium est, & liberum habet hîc testator arbitrium *per §. ult. §. de hered. instit.*

XIX, QUÆST.

XIX. QUÆST.

An Imperator litis causa possit heres institui.

Quaquam Imperator legibus solutus sit, l. *Princeps. 35. ff. de LL.* legibus tamen vivit, §. *eadem 8. Instit. quib. mod. test. infirmen. l. Digna vox 4. C. de LL.* Immo decet tantam Majestatem eas servare leges, quibus ipse solutus esse videtur, ait I Cius Paulus in l. *ex imperfecto. 23. de Legat. 3.* Hinc legi isti, ne alicujus conditio deterior fiat ex alieno facto, nec alteri potentior obijciatur adversarius, l. *1. & t. 2. de al. jud. mur. caus. t. 1. C. ne lic. poten. patroc. litig. prast.* Imperator se submitit, professus non admitturum hereditatem ejus, qui litis causa eam sibi reliquerit, d. *6. 8. in pr. Institut. Quib. mod. testam. infirmen.* quod invidiosum esse & calumniæ obnoxium, scribit Paul. in l. *penult. de hered. instit.*

XX. QUÆST.

An heres possit Codicillis institui.

Codicilli non sunt ita solennis ultima voluntas, sicut testamentum, §. *ultim. f. de Codicill.* neq; ijs directò institui potest heres, §. *Codicill. 2. Institut. d. tit. l. 2. C. eod.* & additur ejus rei ratio in d. §. *2. ne confundatur jus Codicillorum & Testamentorum, quæ vim ex institutione heredis capiunt, eamq; veluti caput & fundamentum agnoscunt, §. ante. 34. Inst. de Legat.* Et hæc de proposito nostro sufficiant. Proinde

Gloria sit Patri, sit gloria maxima Nato,
Spiritu sancto gloria sit pariter.

COROLLARIA.

- I. An Hermaphroditus ad testamentum adhiberi possit.
Affirmo cum limitat. vid. l. repetundarum. 15. ff. de testib.
- II. Si tabellio Sempronium testatorem interroget, num Cajum heredem velit, isq; respondeat volo; queritur, an institutio valeat. N.

Servo

III. Servo communi legatur purè sine libertate, & socius
instituitur heres ex asse: quarimus utrum legatum ce-
dat servo. N.

IV. An venter hodiè possit exheredari. N.

V. An Privilegiis militibus in jure concessis quoad te-
stamenta condenda, hodierni praesidiarij milites frui
possint. A. disting.

Ad Dominum Respondentem.

VER flores, æstas molles producit aristas,
Poma dat autumnus, frigore bruma riget.
Tu, WINTERE, geris nomē de nomine brumæ,
Et tamen haut sterili frigore bruma riges:
Sed fundis fructus studiorum; fundere perge,
Bruma tuæ patriæ svavis & uber eris.

scrib.

Præses.

HÆredum tractas Doctissime jura GEORGI,
Illud testantur pulpita docta satis.


Omnipotens summi faxit Moderator Olympi
Sit labor hic felix, hoc precor ex animo.

Levinus Battus, D.

••(O)••



the scale towards document



quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiae se infere-
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 o 1615. vagabundus quidam homo co-
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Graecorum
 jactans, adjumeto intercessionu, quas
 te impetraverat, in plurimorum prin-
 s, & civitatibus ingentem pecuniae
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-
 no 1629. Mens. Martio foeminae cui-
 , ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-
 poenam temporalis relegationis in-
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-
 assumpto nomine Advocati cujus-
 ejus publice jactaverat, quem postea
 iudiae Senatus virgis coedi, & exilio
 tinent & huc exempla relata a *Valer*

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-
 nem suam mutat, & se pro alio suppo-
 ma apud Historicos aliosq; scripto-
 inter quae notissimum est illud Plau-
 pta forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut e bello rever-
 concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4